Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1002
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



num uno qui est xpus. Hoc autem duo testamenta
confirmatum a deo que post quadringentos et in
gynta annos facta est lex. non irritum facit ad ma
nandam promissionem. Nam si ex lege hereditas iam
non ex promissione. abraae autem per repromissionem do
nauit deus. Quid igitur lex. propter transgressionem
posita est donec veniret semen cui promisserat. ordi
nata per angelos in manu mediatoris. Mediator
autem unus non est. Deus autem unus est. Lex ergo
adversus promissa dei. absit enim. Si data est lex q
posset vivificare. vere ex lege esset iustitia. sed con
clusit scriptura omnia sub peccato. ut promissio ex fi
de ihu xpi daretur credentibus. Gra

R

ecite domino in
testamentum suum et animas pauperum ne oblivisceris in
finem. V. Exurge domine et iudica causam meam. esto oblivi
scens omnium inimicorum. Alla. V. Laudate puerum dominum
deo salutari nostro. V. Praeoccupemus faciem eius in confessione et
in psalmis iubilemus ei. Secundum Lucam. 10

In illo tempore. Dixit dominus ihesus discipulis suis. Bea
ti sunt qui videtis quae videtis. Dico enim vobis
quod multi prophetae et reges voluerunt videre quae
videtis et non viderunt. audire quae auditis et non audierunt. ec
ecce quidam legis peritus surrexit tentans illum dicens. Magister. quid
faciendo vitam aeternam possidebo. At ille dixit ad e
um. In lege quid scriptum est. Quomodo legis.
Ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto cor
de tuo. et ex tota anima tua. et ex omnibus viribus tuis
et ex omni mente tua. et proximum tuum sicut te ip
sum. Dixitque illi. Recte respondisti. Hoc fac et vives.
Ille autem volens iustificare semetipsum dixit ad ihesum. Et